Propositiones, quae in sententia multorum PP. Dominicanorum Pluribus Societatis Patribus Minime probantur.

1a. Liberum hominis arbitrium nullam operationem naturalem elicere potest sine antecedenti Dei praemotione, qua Physice praedeterminetur non solum ad actus bonos, et indifferentes, sed etiam ad realem entitatem actus mali.

2a. Ut voluntas humana censeatur operari libere praeter indifferentiam ex parte obiecti cogniti non est necessaria ex parte potentiae ea indifferentia, qua positis omnibus praerequisitis ex parte principii antecedentis possit in sensu composito, non operari, aut aliud operari.

3a. Praeter gratiam praevenientem inspirationis ac vocationis divinae, qua peccator interius a Deo vocatur, et excitatur necessaria est alia motio praeveniens gratiae, quae hominis voluntatem Physice ad unum tantum partium praedeterminet, quae motio talis est naturae, ut cum ea humanae voluntatis dissensus coniungi non possit, nec illi humana voluntas in sensu composito possit dissentire.

4a. Efficacia gratiae praevenientis ipse posita non est in Dei vocatione, sed in illa praeveniente motione, quae voluntatem praedeterminat, ut divinae vocationi consentiat et quam ultimum, quod actus primi complementum ad unum gratiae sufficientis, promotionem necessariam, quod tamen Deus ab aeterno ante omnem operum praevisionem positiva voluntate aliquibus voluit denegare, quare illi quibus auxilium tantum sufficiens tribuitur, non habent illa omnia, quae ex parte actus primi antecedenter necessaria sunt ad consentiendum divinae vocationi. &c.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

UGR Biblioteca Universitaria

UGR Biblioteca Universitaria

Z.

Propositiones quæ in sent.a PP.um Do
minicanorum non probantur.

UGR Biblioteca Universitaria